

PRZEKŁADY Z JEZYKÓW KLASYCZNYCH

Odrodzenie i Reformacja w Polsce, XLVIII 2004
PL ISSN 0029-8514

Hieronim Moskorzowski

Oratio, qua continetur brevis calumniarum depulsio...

OPRACOWANIE I PRZEKŁAD
Ida Radziejowska (Warszawa)

Wstęp

Oratio, qua continetur brevis calumniarum depulsio... (1595) stanowi debiut Hieronima Moskorzowskiego (ok. 1560–1625) w charakterze obrońcy antytrynitarzy polskich przed atakami kontrreformacji. Pisał ją Moskorzowski wkrótce po opuszczeniu zboru kalwińskiego i nawiązaniu bliskich stosunków z Faustem Socynem, który odegrał zasadniczą rolę w jego ewolucji w kierunku Zboru Braci Polskich¹.

Na tle późniejszej, bogatej i wielostronnej, twórczości Moskorzowskiego² *Oratio* nie wydaje się dziełem pierwszoplanowym, porusza bowiem — z wyraźnym pośpiechem i niekiedy powierzchownie — zbyt wiele wątków. Z drugiej wszakże strony trudno nie zauważyć, że główny wywód przeprowadzony został z pewną swadą i zarazem formalną elegancją, która cechować zresztą będzie wszystkie późniejsze dzieła Hieronima Moskorzowskiego.

Interesujący, choć uboczny w pewnym sensie aspekt *Oratio* stanowi jej zależność od słynnego listu Andrzeja Dudycza do Jana Łasiczkiego z 9 lipca 1571 roku³, ogłoszonego drukiem w Krakowie w 1590 roku⁴. Moskorzowski, skądinąd żonaty z córką Dudycza, Reginą, przepisał niemal dosłownie z listu zmarłego w 1589 r. teścia fragmenty ostro krytykujące tradycyjną trynitologię, które Dudycz zaczerpnął był z kolei ze słynnego dzieła siedmiogrodzkich i polskich antytrynitarzy *De falsa et vera unius Dei... cognitione* (1568).

Tekst *Oratio, qua continetur brevis calumniarum depulsio...* przedrukowujemy na podstawie unikatku zachowanego w Bibliotece Czartoryskich w Krakowie, sygn. 1453.I.

¹ Cztery broszury polemiczne z początku XVII, oprac. H. Górską, L. Szczucki, H. Wilczewska, Warszawa 1958, s. 106–107 i 140–141; L. Chmaj, *Faust Socyn*, Warszawa 1963, s. 279–291.

² Por. *Polski słownik biograficzny*, t. XXII, Wrocław 1977, s. 46–49 (art. W. Urbana).

³ Andreas Dudithius, *Epistulae*, editae curantibus L. Szczucki et T. Szepessy, pars II, Budapest 1995, s. 255–279. Odpowiednie cytaty z tego listu przywołuję w przypisach do tekstu *Oratio* (De Trinitate... proponunt).

⁴ A. Kawecka-Gryczowa, *Ariańskie oficyny wydawnicze Rodeckiego i Sternackiego*, Wrocław 1974, s. 155.

Oratio, qua continetur brevis calumniarum
depulsio, quibus premuntur illi, qui in doctrina
Christi et Apostolorum studium suum posuerunt
et Patrem domini Iesu Christi solum Deum Israelis
solum quoque creatorem caeli et terrae esse
affirmant, ad regem serenissimum et senatores
illustrissimos fidelis subditi
Anno 1595

Krótką mową przeciwko oszczerstwom
wymierzonym w tych, którzy swe siły, myśli
i uczucia poświęcili nauce Chrystusa i apostołów
i zarazem twierdzą, że Ojciec Pana Jezusa
Chrystusa jest jedynym Bogiem Izraela
oraz jedynym Stwórcą nieba i ziemi — do
Najjaśniejszego Króla i Najdostojniejszych
Senatorów wiernego poddanego skierowana
W roku 1595

Oratio, qua continetur brevis calumniarum depulsio, quibus premuntur illi, qui in doctrina Christi et Apostolorum studium suum posuerunt et Patrem domini Iesu Christi, solum Deum Israelis, solum quoque creatorem caeli et terrae esse affirmant

Quod peccati sumus a Deo optimo, maximo, serenissime rex et vos senatores illustrissimi ac reliqui ordines amplissimi, hoc tempore, quo domini Iesu Christi erga nos summo amore in eorum numerum cooptati sumus, qui salutaris doctrinae relucentem imaginem primum aspexerunt eamque magno studio amplexi sunt, id etiam nunc ab eodem Deo optimo, maximo, et domino Iesu Christo omnibus votis atque suspiriis expetendum esse existimamus. Quoniam enim indicatae sunt nobis tot errorum tenebrae et viam ad salutem patefactam domino nostro, Iesu Christo, duce atque magistro, ingressi sumus, cogitare atque omni ratione providere debemus, ut eiusdem spiritu confirmati contra omnes rerum adversarum tempestates et contra fallaces huius vitae illecebras divina sapientia armati in eadem via consistere et magnis passibus atque progressibus pergere ac tandem in portum aeternae beatitudinis possimus pervenire.

Nam si quod umquam tempus fuit, quo hostis noster acerrimus suas artes omnes, suam quoque potentiam ad nos a praeclaro isto instituto abducendos accommodavit, id certe eiusmodi est, ut nos, animo erectos, spiritu Christi armatos, omnes partes circumspicere et vires omnium virtutum divinarum colligere oporteat. Quid enim non molitus est, quid non tentavit toto hoc tempore, postquam lux Evangelii primum in Germania excitata, deinde in aliis quoque regionibus dilatata, admirabiles fructus attulit? Nonne eruditorum hominum singulari doctrina, praeclaro ingenio, magna eloquentia ad obscurandam Evangelii lucem abusus est? Nonne animos regum atque principum et aliorum virorum, quorum auctoritate atque prudentia Christianus orbis regitur, varie elusit, ut alios commodorum spe intra terminos imperii sui tenuerit, alios vero minis et armorum vi perterruerit et, periculo mortis iniecto, imperio suo subiecerit, omnium autem potentiam ad veritatem oppugnandam converterit? Et quos non satis accommodatos ad arbitrium suum existimavit, nonne crudeli mortis genere illis vitam eripuit? Ac ne intermitteretur eorum studium, quorum animum ad consilia sua defendenda accommodatum esse intellexit, homines ad suam cupiditatem natos, aptos atque factos, ad eam rem adhibuit eosque in omnes orbis Christiani partes sparsit, qui quantum valent ingenio, quantum etiam industria, opera atque diligentia sua et hac arte, in qua iam diu sunt exercitati, tantum conantur efficere et libellis et voce ad eam rem idonea, ut praeclarum istud domini sui institutum urgeant atque impellant. Quid igitur isti faciant, hoc spiritu domini sui incitati et inflammati, facile potestis animadvertere. Exempla enim ante oculos vestros iam constituta sunt, ut non possitis dubitare, quid cogitent et quo conatus suos intendant. Quid igitur faciunt aut quid non faciunt? Omnia certe mallent ruere et totum mundum ad interitum impellere, quam vel minimam partem de auctoritate domini sui et de illius potentia decedere. Eo quoque furoris et amentiae delabuntur, ut crudeles et impias manus

Krótką mową przeciwko oszczerstwom wymierzonym w tych, którzy swe siły, myśli i uczucia poświęcili nauce Chrystusa i apostołów i zarazem twierdzą, że Ojciec Pana Jezusa Chrystusa jest jedynym Bogiem Izraela oraz jedynym Stwórcą nieba i ziemi

Najjaśniejszy Królu, Najdostojniejsi Senatorowie oraz Wy Prześwietne Stany, o co modliliśmy się do wszechmocnego Boga wówczas, gdy przez miłość Jezusa Chrystusa zostaliśmy powołani do grona osób, które po raz pierwszy ujrzały jaśniejące oblicze zbawiennej nauki i z wielką gorliwością przyjęły ją do swych serc i umysłów, o to, sądzimy, także teraz należy tego samego najwyższego i najlepszego Boga oraz Pana Jezusa Chrystusa ze wszystkich sił prosić. Albowiem skoro zostały nam ukazane ciemności tylu błędów i za przewodnictwem oraz pouczeniem Pana naszego, Jezusa Chrystusa, wstąpiliśmy na drogę wiodącą do zbawienia, powinniśmy wszelkimi sposobami zatroszczyć się o to, abyśmy umocnieni Jego duchem do walki z nawałnicami wszelkich przeciwności oraz zbrojni boską mądrością przeciwko zwodniczym pokusom doczesnego życia, mogli na tej drodze wytrwać, czynić postępy i wreszcie — dotrzeć do portu wiecznej szczęśliwości.

Albowiem jeśli kiedyś nasz najzacieklejszy wróg zastosował wszystkie swe chytre sztuczki oraz użył całej swej siły, aby odwieść nas od tej prześwieatnej nauki, to teraz nadszedł niechybnie czas, gdy uzbrojeni Chrystusowym duchem oraz umocnieni nadzieją, musimy rozglądać się baczenie dookoła i gromadzić płynącą z Bożych cnót siłę. Czegóż to bowiem nie usiłował i czego to nie próbował zrobić, po tym jak światło Ewangelii, które na samym początku zajaśniało w Niemczech, a następnie rozprzestrzeniło się na inne kraje, przyniosło godne podziwu owoce? Czyż nie nadużył wyjątkowej wiedzy uczonych, ich wspaniałej inteligencji oraz daru wymowy, aby to światło zaciemnić? Czyż nie zwiódł różnymi sposobami umysłów królów i książąt oraz wszystkich innych mężów, których autorytet i rozważa rządzi chrześcijańskim światem, tak że jednych nadzieją zysku utrzymał pod swym panowaniem, a drugich nastraszył groźbami i siłą oręża oraz, naraziwszy na niebezpieczeństwo śmierci, podporządkował ich swojej władzy, zaś całej ich wspólnej potęgi czyż nie obrócił na walkę przeciwko prawdzie? Czyż nie pozbawił życia w okrutny sposób ludzi, którzy, jak mniemał, nie dość podporządkowali się jego woli? A także, aby nie zmarnować zapału tych, co byli zdolni stanąć w obronie jego intryg, wybrał spośród nich ludzi zrodzonych i stworzonych do zaspokajania swej żądzy i rozesał ich po wszystkich częściach chrześcijańskiego świata. Oni to — na tyle, na ile mogą dzięki własnej inteligencji oraz pracowitości, pilności i zapobiegliwości, a także dzięki znajomości rzemiosła, w którym od dawna są już wyćwiczeni — czy to za pomocą odpowiednio dobranych słów, czy to niepozornych książeczek, starają się sprawić, aby to prześwieatne, wytyczone przez ich pana zadanie zostało pilnie i szybko wykonane. Co zatem czynią, pobudzeni i rozplómiennieni duchem swego pana, z łatwością możecie zobaczyć. Przykłady bowiem zostały wam już ukazane, abyście nie mieli żadnej wątpliwości, jakie są ich zamysły oraz cel ich wysiłków. Cóż więc czynią lub przed czym się wzbraniają? Z pewnością woleliby obrócić wszystko w ruinę i przywieść cały świat do zguby, niż sprzeniewierzyć się choćby w najmniejszym stopniu autorytetowi i władzy swego pana. Do tego stopnia ulegają

Christianissimis regibus inferant et omnium scelerum maculas in se suscipiant ac tandem prudentes atque volentes vitam omnibus flagitiis coopertam amittant ac omnibus testatum relinquunt nullum ius esse tam factum, quod illorum audacia violare non possit, nullam quoque maiestatem et auctoritatem esse tantam, nullam dignitatem a Deo et ab hominibus approbatam, quam isti homines non conentur perfringere. Ut facile possit quilibet intellegere hoc imperium, quod illi tanta vi conantur defendere, ut nullo pudore impediatur, nullo timore reprimantur et vitam quoque suam non dubitent in ea propugnatione domini sui profundere, iisdem artibus, eadem vi et fraude atque dolo comparatum ab initio esse et ad haec usque tempora conservatum atque amplificatum fuisse iisdem, inquam, rationibus, quas homines astutissimi et cupiditate consequendae potentiae ardentissimi aut invenire, aut ad interitum eorum, quos suis studiis obstare putabant, potuerunt convertere. Ex his igitur artibus atque ex istis fontibus maledicta et convicia prodeunt, quibus rem exaggerant et animos hominum ad offensionem atque acerbitatem inflammant.

Crimina plurima et maxima, tamquam venenata tela, in caput nostrum non solum intendunt, sed etiam emittunt, dum nos a Dei metu et verae religionis studio alienum animum gerere affirmant, dum Christum, Filium Dei unicum, in eundem ordinem cum ceteris hominibus nos redigere calumniantur et eiusdem domini nostri, Iesu Christi, mortem apud nos nullius momenti esse et fructum mortis illius nos labefactare contendunt. Magna ista sunt crimina, serenissime rex, et non ferenda impietas. Ex eadem etiam officina et eodem stili acumine atque orationis genere prodeunt illa quoque in nos contorta spicula, cum affirmant nos metum legum tollere, homines Dei timore frenoque conscientiae exsolvere illosque, ad varias cupiditates incitatos, etiam oratione nostra armare, ut nullum nefas aut in libidine aut in scelere esse existiment. Nos sententias divinae doctrinae ad falsas opiniones detorquere, omnium temporum errores colligere eosque in ecclesiam Dei importare, potestatem legitimam, sanctam atque a Deo institutam, pervertere.

Quid omnia enumerem crimina, odiosa atque auditu molesta, quae in illorum libris leguntur, quae apud populum, apud te quoque, serenissime rex, et vos, senatores illustrissimi, adferuntur ea voce, motu, vultu, gestu, ut animum vestrum perturbare et temeritate incitatum populum ad vim et caedem conentur impellere? Nos vero quid faciemus? Quid dicemus, tot et tantis calumniis obruti atque oppressi? Utinam cogitationes nostrae possint sub oculos tuos cadere, rex serenissime! Utinam quoque inimicorum nostrorum cupiditates et studia ex his simulationum et dissimulationum latebris in lucem prodeant et ab omnibus conspici possint! Facile tibi, rex serenissime, et vobis, senatores illustrissimi, causam nostram probaremus. Quod quidem nos optare possumus, sed fortassis hoc tempore non debemus sperare. Sumus enim in tantum odium adducti, ut etiam ad mentionem nostri exhorrescant homines, qui nostri instituti plane sunt ignari. Testes tamen sunt omnes, etiam illi, qui stant inimicorum nostrorum iudicio et opinione, horum omnium criminum nullum vere in nos conferri. Testes etiam sunt libri nostri, qui publice venduntur, nos nihil alienum a prophetarum, Christi et Apostolorum doctrina sentire, nihil

szaleństwu i głupocie, że wobec prawdziwie chrześcijańskich królów dopuszczają się okrutnej i bezbożnej przemocy, okrywają się także hańbą wszystkich zbrodni oraz umyślnie i świadomie pozbawiają znieślawnionego wszelkimi występkami życia. Ponadto dają wszem i wobec świadectwo, że nie ustanowiono takiego prawa, którego by ich zuchwałość nie mogła pogwałcić, a także iż nie istnieje żaden taki majestat i autorytet, ani żadna godność uznana przez Boga i ludzi, której by nie usiłowali zniweczyć. Jak z łatwością każdy może się domyślić, władza, której bronią z tak wielką determinacją, że nie hamuje ich żaden wstyd ani żaden strach nie powściąga, a nawet, iż nie wahają się oddać życia w obronie swego pana, została zdobyta za pomocą takich samych intryg, przemocy, oszustwa i podstępów. Powiększono ją i zachowano aż do naszych czasów przy użyciu sposobów, jakie mogli wymyślić tylko najprzebieglejsi i najbardziej żądni władzy ludzie. Tylko oni też mogli je wykorzystać do zgładzenia tych, których uważali za przeszkodę w realizowaniu swych dążeń. Z tych to właśnie przyczyn i wskutek takich to sposobów działania biorą się obelgi i zniewagi, którymi podsycają konflikt i podżegają w ludziach wrogię i nieprzyjazne względem nas uczucia.

Nie tylko wysuwają przeciwko nam najcięższe oskarżenia, ale godzą w nas nimi, jakby to były zatrute pociski, gdy twierdzą, że nie żyjemy strachu przed Bogiem a pragnienie prawdziwej religii jest nam obce, gdy nas oczerniają, że traktujemy Chrystusa, syna Bożego jedynego, na równi z innymi ludźmi, oraz gdy utrzymują, iż nie przywiązujemy żadnej wagi do Jego — Pana naszego, Jezusa Chrystusa — śmierci i że niweczmy tej śmierci owoce. Ciężkie to oskarżenia, Najjaśniejszy Królu, i niegodziwość, której znieść nie sposób. Z tej samej kuźni, spod tego samego pióra i w tym samym stylu wychodzą także kolejne miotane pod naszym adresem zarzuty: gdy twierdzą, że pozbawiamy lęku przed prawami i uwalniamy ludzi zarówno od strachu przed Bogiem, jak i hamulców nakładanych przez sumienie, a także iż rozbudziwszy w nich różne żądze, naszymi wypowiedziami umacniamy ich w przekonaniu, że w zbrodni i pożądlivosti nie ma nic niegodziwego. Ponadto, że głosząc fałszywe poglądy, wykrzywiamy sens Boskiej nauki, oraz że przejmujemy błędy wszystkich epok i przenosimy je na grunt Bożego Kościoła, a także iż obalamy prawowitą, świętą i ustanowioną przez Boga władzę.

Czyż mam wyliczać wszystkie obrzydliwe i przykre dla uszu oskarżenia, o których czyta się w ich książkach, a które są oznajmiane ludowi oraz Tobie, Najjaśniejszy Królu, i Wam, Najdostojniejsi Senatorowie, za pomocą takiego głosu, takiej mimiki, postawy i gestu, aby zdołały wzbudzić Wasz niepokój, a ogarnięty bezmyślnym gniewem lud popchnąć do przemocy i zbrodni? My zaś co zrobimy? Co powiemy przygnieceni i przytłoczeni tyloma okropnymi zniewagami? Oby nasze myśli mogły stać się widoczne dla Twoich oczu, Najjaśniejszy Królu! Oby pragnienia i żądze naszych nieprzyjaciół, ukryte pod maską kłamstw i pozorów, wyszły na jaw i zostały przez wszystkich zobaczone! Z łatwością moglibyśmy Tobie, Najjaśniejszy Królu, i Wam, Najdostojniejsi Senatorowie, dowieść słuszności naszej sprawy. Jest to wprawdzie naszym życzeniem, lecz w obecnych okolicznościach zapewne nie możemy mieć na to nadziei. Jesteśmy bowiem otoczeni tak wielką nienawiścią, że nawet sama wzmianka o nas wzbudza strach w ludziach, którzy nie mają o naszej nauce najmniejszego wyobrażenia. Mimo to każdy może zaświadczyć, nawet ten, kto polega na sądach i opiniach naszych nieprzyjaciół, że spośród wszystkich

proponere. Testis quoque est cottidiana Evangelii explicatio nihil nobis esse in ore, quod Evangelicae veritati repugnet. Sed quia inimicorum nostrorum cottidianis clamoribus hoc effectum est, ut clausae sint aures veritati et oculi aversi a librorum nostrorum lectione, quo nos vertemus aut quem appellabimus praeter eundem Deum optimum, maximum, verissimum testem et iudicem aequissimum, qui etiam nunc intimis animi nostri sensibus praesens adest: longissime mores nostros remotos esse et studia quoque remotissima esse ab istis criminibus? Nam ut paucis verbis, quemadmodum instituta brevitatis postulat, attingamus illam partem, qua nos in crimen blasphemiae et iudicium impietatis vocant atque hoc uno crimine nobis non solum luculentam, sed etiam insanabilem atque mortiferam plagam conantur infligere et nos condemnare atque omnibus suppliciis subicere atque intra¹ mortuos amandare — cum dicunt nos mortem Christi nullo loco habere, cum hoc affirmant (ut quam lenissima oratione utar in re tam acerba), quem animum erga nos gerunt, ostendunt, non quae sit nostra sententia indicant.

Fatemur enim nos vere et ex animo, quemadmodum etiam in sacris litteris legimus et didicimus, illius unius Dei erga genus humanum summo amore factum esse, ut dominus noster Iesus Christus, unicus eius Filius, vitam omnium nostrum vitiis et sceleribus profuderit atque a Patre suo excitatus et in vitam ad dandum salutis signum revocatus sit¹. Hunc igitur esse mortalium liberatorem, hunc solum reconciliatorem atque recuperatorem esse caelestis pacis fatemur² atque in partem huius dignitatis, gloriae et laudis nullum alium venire posse, sed Patri eius atque illi ipsi quoque hoc totum, quidquid est beneficii, deberi neque ullum hominem in eam societatem admitti. Hoc cum mens nostra tenet nos — tot et tantis peccatis inquinatos, ut omnia ad sempiternam miseriam patefacta esse cerneremus — a Deo ita amari, ut Filium suum sanctissimum et dilectissimum atque optimum ad nos ex aerumnis eripiendos daret, hoc, inquam, cum homines intellegunt et mala vitare atque bona consequi volunt, tum Dei et Christi illius opem inflammato animo implorant, tum secum ipsi certant, in eamque curam incumbunt et omnem operam in eo ponunt atque cogitationem defigunt, ut, quemadmodum mens a corpore morte dissolvitur, ita illi a peccato, quo Deum offendi intellegunt, liberentur. Tum percussum animum et abiectum peccati conscientia ac in desperationem ruentem spe erigunt, et tamen timorem non solvunt; amore incensi, caritate inflammati, omnia circumspiciunt, ut, cum beneficiis respondere non possint, caveant, ne offendant eum, a quo tanta acceperunt beneficia, ut salutem suam cum timore et tremore administrent. Itaque cum in eo

¹ intra *correxi ex infra*.

¹ Cf. e.g. *Rom* 4,24–4,25: „... credentibus in eum, qui suscitavit Iesum Dominum nostrum a mortuis (25) qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram”; *Eph* 2,4–2,6: „Deus autem qui dives est in misericordia propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos (5) et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, gratia estis salvati (6) et conresuscitavit et consedere fecit in caelestibus in Christo Iesu”; *Io* 3,16: „sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam”.

² Cf. e.g. *Col* 1,20–1,22: „... et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris sive quae in caelis sunt (21) et vos, cum essetis aliquando alienati et inimici sensu in operibus malis, (22) nunc autem reconciliavit in corpore carnis eius per mortem...”; *Rom* 5,1–5,11.

wysuwanych przeciwko nam oskarżeń, żadne nie jest prawdziwe. Także nasze książki, które są w publicznej sprzedaży, stanowią świadectwo, że ani nie myślimy, ani nie głosimy niczego, co byłoby niezgodne z nauką proroków, Chrystusa i apostołów. Ponadto sposób, w jaki każdego dnia objaśniamy Ewangelię, świadczy, że nasze usta nie głoszą niczego, co kłóci się z ewangeliczną prawdą. Skoro jednak ciągle wołania naszych nieprzyjaciół sprawiły, że ludzkie uszy zamknęły się na prawdę, a oczy odwróciły od czytania naszych książek, dokąd się zwrócimy i kogo wezwiemy na pomoc, jeśli nie najwyższego i najlepszego Boga — najbardziej wiarygodnego świadka i najsprawiedliwszego sędziego? On, obecny w naszych najskrytszych myślach, już teraz przychodzi nam z pomocą: świadczy, że zarówno nasze obyczaje, jak i pragnienia są dalekie od zarzucanych nam zbrodni. Przedstawmy więc w kilku słowach, jak tego wymaga ustalony czas, tę część zarzutów, na podstawie których oskarżają nas o bluźnierstwo i bezbożność i za pomocą tego jednego oskarżenia usiłują nam zadać nie tylko widoczną, lecz także nieuleczalną i śmiertelną ranę, a także skazać nas, poddać wszelkim karom i wysłać na śmierć; gdy zarzucają nam, że śmierć Chrystusa nie ma dla nas żadnej wartości i gdy twierdzą to z całą stanowczością (że posłużę się jak najłagodniejszym zwrotem w odniesieniu do tak przykrej sprawy), pokazują, jaki mają wobec nas stosunek, a nie jakie jest nasze zdanie.

Wyznajemy bowiem szczerze i prawdziwie, tak jak przeczytaliśmy w Piśmie Świętym i z niego się nauczyliśmy, iż dzięki najwyższej miłości jedynego Boga do rodzaju ludzkiego stało się, że Pan nasz, Jezus Chrystus, syn Boży jednorodzony, oddał życie z powodu wszystkich naszych występków i grzechów oraz że został przez swojego Ojca wskrzeszony i przywrócony do życia, aby dać znak zbawienia. Wyznajemy więc, że jest On wyzwolicielem ludzi i jedynym sprawcą pojednania oraz odzyskania niebiańskiego pokoju, że nikt poza Nim nie może mieć udziału w Jego godności, chwale i sławie, lecz każdy dobry uczynek należy się zarówno Jego Ojcu, jak i Jemu samemu, a także iż żaden człowiek nie może zostać dopuszczony do ich wspólnoty. Ponadto, gdy zdajemy sobie sprawę z tego, że: choć plami nas tak wiele ciężkich grzechów, iż mogło by się nam wydawać, że wszystko jest skazane na wieczną udrękę, a mimo to jesteśmy tak bardzo przez Boga kochani, iż poświęcił swego najświętszego, najukochańszego i najlepszego Syna, aby ocalić nas od cierpień; gdy, powiadam, ludzie to rozumieją, a przy tym chcą unikać złych rzeczy i czynić dobre, wtedy żarliwie modlą się o pomoc do Boga i Chrystusa oraz sami ze sobą toczą walkę, a także okazują gorliwą troskę, wkładają cały swój trud i skupiają uwagę na tym, aby — tak jak myśl uwalnia się od ciała wskutek śmierci — uwolnić się od grzechu, który obraża Boga. Wtedy to, ogarnięci nadzieją, podnoszą się na duchu, który złamany i poniżony świadomością grzechu pogrążał się w rozpacz; nie wyzbywają się jednak strachu. Pobudzeni żarliwym pragnieniem i rozpaleni miłością, ponieważ nie mogą odwzajemnić się dobrymi uczynkami, baczą, aby nie urazić Tego, od którego otrzymali tak wielkie łaski, iż ze strachem i drżeniem przychodzą z pomocą swojemu zbawieniu. Przeto, gdy wspomagani przez Bożego Ducha trudzą się nad osiągnięciem upragnionego celu, wypełnia ich ufność do Chrystusa, polegają na nim, a także postanawiają, że będą stosować się do Jego wskazówek oraz wypełniać Jego polecenia; wierzą też, że Bóg ich kocha. Jeśli zaś upadną pod ciężarem

elaborant Divino Spiritu adiuti, Christo confidunt atque eo nituntur eiusque omnia praecepta necessario amplectenda et omnia mandata exhausti esse statuunt et amari se a Deo credunt. Quodsi vitio aliquo deiciuntur, se destitui metuentes plurimum anguntur, vehementer dolent et seipsos accusant atque condemnant, mores corrigunt, ad fidei ancoram recurrunt, sedatis fluctibus atque commutata tempestate in spem erecti provident, ut navigent diligenter; ita sperant, ut tamen agant prudenter, neque spe effrenati neque timore desperantes, neque caritate ignavi, pergunt in suscepto cursu magnis progressibus ad portum optabilem. Et quamvis neque officio neque pietate erga Deum et Christum illius possunt sibi satisfacere, omnia tamen suscipiunt, in omnibus partibus pietatis se exercent, nihil remittunt, omnia provident sollicite et administrant, ne quid avare, ne quid iniuste, ne quid libidinose aut faciant aut cogitent, ne quid temere instituant, quod ab eo Dei et Christi amore, quo semel sunt incitati, alienum sit, ne etiam decernant in societate humana, quod cum alterius iniuria, quod cum aliqua turpitudine sit coniunctum.

In hoc labore, in ista sollicitudine dum versantur et dum adversus spiritus malitiae pugnant, accincti latera veritate et iustitiae lorica induti, fiduciae clipeo muniti et galea salutis tecti³, fidei quasi hospitio excipiuntur, in eoque eri sui adventum et caeleste domicilium, amore inflammati, timore solliciti atque spe confirmati, exspectant. Et quoniam in isto ergastulo animum inclusum gerunt et a Domino suo procul remoti sunt atque huius vitae vinculis constricti sunt et propter varias et multas necessitates illius curis magis, quam vellent, saepe impediuntur, preces ad Dominum suum fundunt, orant atque obsecrant, ut cognitionem atque sensum ampliorem caelestium donorum accipiant, ut caste atque expedite Christi domini sui adventum exspectent, ut omnes iustitiae fructus, quos varios atque uberes ab eo acceperunt, ad illius gloriam referant. Non enim stolidus est animus hominis, hac divinae bonitatis aura afflatus excitatur et inflammatur ad omnia officia Deo grata et proximo utilia. Nam si inimici et accusatores nostri, quia existimant magna se beneficia accepisse a domino suo, quem etiam summum religionis suae magistrum et auctoritatis quoque suae Deum appellant, propterea ingenii atque eruditionis suae totam vim, omnes animi et corporis vires eo conferunt, ut imperii illius terminos producant, et tanto amore illius inflammantur, ut vitam suam neglegant et regibus Christianissimis, quos domino suo obstare putant, crudeles manus inferant; si etiam doctrinam Christi et Apostolorum in contemptum conantur adducere et Evangelium, quod est potentia Dei ad salutem, ad ludibrium impudentiae appellare audent nasum cereum atque flexibilem, qui facile sequatur, quocumque ducas, et originem atque causam omnium haeresium atque scelerum; si nos quoque, qui illorum domino non divinum honorem deferimus, omni suppliciorum et crudelitatis genere exterminare conantur ac propterea horrenda in nos crimina confingunt, quid nos facere oportet, quibus tanta Dei gratia declarata est?

³ Cf. *Eph* 6,14–6,17: „State ergo succincti lumbos vestros in veritate et induti lorica iustitiae (15) et calciati pedes in praeparatione evangelii pacis (16) in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere (17) et galeam salutis adsumite, et gladium Spiritus, quod est verbum Dei”.

jakiegoś grzechu, odczuwają wielki niepokój z obawy, że zostaną odrzuceni, ogarnia ich gwałtowny żal, sami siebie oskarżają i sami skazują, poprawiają swe obyczaje i uciekają się do wiary, szukając w niej ratunku i zakotwiczenia. Gdy morze się uspokaja a niebo wypogadza, nabierają otuchy i dokładają starań, aby ostrożnie żeglować. Mają wprawdzie nadzieję, lecz postępują roztropnie: nie wyzbywają się hamulców z powodu nadmiernej ufności ani w skutek strachu nie popadają w rozpacz, nie stają się też gnuśni w obliczu miłości; posuwając się szybko do przodu, zmierzają obranym przez siebie kursem do pożądanego portu. I chociaż spełniając religijne obowiązki i zachowując pobożność względem Boga i jego Chrystusa, nie mogą siebie zadowolić, to jednak podejmują się każdego trudu oraz ćwiczą we wszystkich rodzajach pobożności, a także niczego nie unikają, o wszystko troskliwie dbają i wszystkim zarządzają tak, aby niczego nie zrobić lub nie pomyśleć w chciwy, niesprawiedliwy czy pożądlivy sposób; a także, aby pochopnie nie postanowić czegoś, co byłoby niezgodne z poruszającą ich do głębi — okazywaną im przez Boga i Chrystusa — miłością, i wreszcie, aby żyjąc w ludzkiej społeczności, nie powziąć żadnej takiej decyzji, która wiązałaby się z cudzą krzywdą lub jakąkolwiek nikczemnością.

Gdy wkładają w to swój trud i starania i gdy — z biodrami przewiazanymi pasem prawdy, odziani w zbroję sprawiedliwości, uzbrojeni tarczą ufności i osłonięci szyszakiem zbawienia — walczą przeciwko duchowi nieprawości, zostają przyjęci jakby w gościnę wiary. W niej to — rozpaleni miłością, niespokojni od strachu oraz umocnieni nadzieją — oczekują na przyjście Pana i mieszkanie w niebie. A ponieważ ich dusza jest uwięziona w okowach ziemi i przebywają z dala od swego Pana, a ponadto krępują ich więzy doczesnego życia i z konieczności są ograniczeni przez przyziemne troski bardziej, niż by chcieli, zanoszą częste prośby do swojego Pana: modlą się i błagają o to, aby mogli głębiej poznać i zrozumieć sens niebieskich darów, jak również, aby oczekiwali przyjścia swego Pana Jezusa Chrystusa w czystości i bez trudu, a także by wszystkie różnorodne i obfite owoce sprawiedliwości, które od Niego otrzymali w darze, ofiarowali na Jego chwałę. Duch ludzki bowiem nie jest bierny i ograniczony, owiany tchnieniem Bożej dobroci ożywia się i zapala do wszystkiego, co miłe Bogu i pożyteczne bliźnim. Albowiem jeśli nasi przeciwnicy w przekonaniu, że otrzymali wielkie dobrodziejstwa od swego pana, którego nazywają największym mistrzem swej religii oraz bogiem udzielającym im władzy, wyężdżają cały swój rozum, wiedzę oraz wszystkie siły duchowe i fizyczne, by poszerzyć granice jego panowania, i płoną do niego tak wielką miłością, że własne życie mają w pogardzie, zaś wobec najpobożniejszych władców, zawadzających jakoby ich panu, stosują okrutną przemoc; jeśli usiłują sprawić, by gardzono nauką Chrystusa i apostołów, a Ewangelię, zbawczą moc Boga, mają czelność przyrównywać do wosku z łatwością dającego się urabiać wedle woli, czynić z niej igraszkę zuchwałości oraz nazywać przyczyną i początkiem wszystkich zbrodni i herezji; jeśli nadto nas, odmawiających boskiej czci ich panu, próbują pozbyć się za pomocą wszelkich kar i okrucieństw i wymyślają przeciwko nam budzące grozę oskarżenia — jeśli to wszystko ma miejsce, cóż powinniśmy uczynić, jako ci, którym została objawiona tak wielka łaska Boża? Czyż nie jest słuszne, abyśmy całą naszą

Nonne aequum est omnem nostram voluntatem, omnes vires atque conatus ad eius arbitrium accommodare, a quo tanta in nos sunt collata beneficia? Atque haec est in ista parte doctrinae sententia nostra, haec nostra oratio, hic gyros disciplinae, in quo ipsi versamur et in quem etiam alios conamur introducere.

Hoc crimen est, serenissime rex, quod in nos coniciunt, dum blasphemiae et impietatis notam nobis aspergere atque inurere non desinunt. Et apud quos haec crimina locum habent, fidem habent, non mirum videri debet, si illi ipsi, qui haec crimina vera esse credunt, facile existiment nos homines esse plane profligatos atque perditos. Quis enim aut Deum bene colere aut honeste in societate humana potest vivere, qui gratiam Dei in Christo humano generi oblatam⁴ aspernatur? Certe cuius voluntatem et animum tanta divini amoris significatio non potuit a vitiis avertere et ad amorem Dei flectere, fieri non potest, ut is vim ullam caelestem esse existimet et caeli atque signorum motu, rerum quoque ordine et vicissitudine moveatur. Hunc neque amor patriae⁵ a sceleribus avocare neque magistratus auctoritas ad honestam vitam amplectendam pertrahere, neque turpitudinis infamia a peccando potest detertere. Huius monstri et tanti portenti tam horrendam et turpitudinis plenam formam adversarii nostri nobis imponunt. Et propterea etiam ex eadem conviciorum et calumniarum pharetra crimen novum et antehac fortassis inauditum, tamquam venenatum spiculum in caput nostrum emittunt. Affirmant enim nos publice certa verborum forma ad hanc ipsam improbitatem et audaciam accommodata, verbis explicatis et rem bene significantibus, Deum oravisse, ut in Turcarum imperatore cupiditatem excitet huius regni oppugnandi, ut illum confirmet, illi opem ferat et victoriam de Christianis tribuat. O nos homines improbos, o stultos atque perfidos, o nostros adversarios homines acutissimos, o patriae amantissimos, qui istud facinus animadvertere, qui tam profligatam audaciam atque amentiam antea in nobis non observatam illi investigare potuerunt et in maximis suis negotiis tantum etiam laboris susceperunt, ut, quod hactenus latebat, iam illorum diligentia investigatum proferatur in medium. Quod praemium satis dignum his tantis illorum rem publicam meritis potestis constituere senatores illustrissimi? Certe enim totam laudem ingenii, diligentiae, prudentiae, fidei etiam vobis, senatores illustrissimi, praeripuerunt. Certe illorum laboribus, illorum consiliis res publica ex flamma atque ferro et ex fati faucibus erepta est atque conservata. Illis vitam omnium vestrum, illis bona atque fortunas, liberos coniugesque vestras acceptas ferre debetis⁶. Si regnum hoc amplissimum conservatum esse vultis, primo quoque tempore ad hanc pestem restinguendam, in visceribus patriae inclusam, ab istis accusatoribus nostris deprehensam atque digito indicatam, consilia vestra accommodare debetis.

⁴ Cf. e.g. 1 Cor 1.4: „gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Iesu”.

⁵ Cf. e.g. VERG. *Aen.* 6.823: „vincet amor patriae laudumque immensa cupido”.

⁶ Cf. CIC. *Catil.* 3.1, 1–3.2, 1: „Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculis meis e flamma atque ferro ac paene ex faucibus fati ereptam et vobis conservatam ac restitutam videtis”.

wolę, wszystkie nasze siły i zamiary dopasowali do zaleceń Tego, od którego otrzymaliśmy tak wiele nieocenionych dobrodziejstw? Taka jest więc nasza opinia o tej części doktryny wiary, tak przemawiamy, taki jest zakres nauk, które sami uznajemy i które innym pragniemy przekazać.

Oto wymierzone przeciwko nam oskarżenie, Najjaśniejszy Królu: gdy nieustannie nas zniesławiają pomówieniami o hańbę bluźnierstwa i bezbożności. Ci zaś, którzy tych oskarżeń słuchają, wierzą w nie i nie powinno dziwić, że z łatwością postrzegają nas jako ludzi do głębi zdemoralizowanych i całkiem zgubionych. Któż bowiem, kto gardzi łaską, jaką Bóg obdarzył rodzaj ludzki w osobie Chrystusa, może w należyty sposób czcić Boga i zachować uczciwość względem innych ludzi? Z pewnością nie jest możliwe, że człowiek, którego woli i umysłu tak wyraźny znak Bożej miłości nie zdołał odwrócić od grzechów ani skłonić do pokochania Boga, będzie uważał, że istnieje jakaś niebiańska siła; nie poruszy go też ruch nieba i gwiazd oraz określony porządek i kolej rzeczy. Ani miłość do ojczyzny nie może go odwieść od popełnienia zbrodni, ani powaga urzędu zachęcić do uczciwego życia, ani też wstyd hańby odstraszyć od grzeszenia. W kształty takiej bestii i potwora — przerażające i pełne ohydy — chcą nas przyoblec nasi wrogowie. Dlatego też ze zwykłego arsenału obelg i zniewag dobywają nowe, nieznanne dotąd oskarżenie, którym godzą w nas niby pociskiem pełnym jadu. Utrzymują mianowicie, że w głoszonych publicznie, odpowiednio do takiego okrucieństwa i niegodziwości dobranych słowach, o jasnym i niebudzącym żadnej wątpliwości znaczeniu, modliliśmy się do Boga, aby zachęcił władcę Turków do zaatakowania tutejszego królestwa, a także by udzielił mu wsparcia i pomocy oraz dał zwycięstwo nad chrześcijanami. O, jacyż z nas nieuczciwi, głupi i przewrotni ludzie! A nasi wrogowie, jacy są przenikliwi, jak ponad wszystko kochają ojczyznę — nie dość, że zauważyli naszą zbrodnię i że wytropili zgubne szaleństwo i zuchwałość, których nikt wcześniej u nas nie spostrzegł, to mimo swych wielce ważnych obowiązków zdobyli się na ogromny trud ujawnienia w swej przenikliwości tego, co do tej pory pozostawało w ukryciu! Czyż możecie, Najdostojniejsi Senatorowie, ustanowić dla nich godziwą nagrodę, stosowną do przeogromnych zasług, jakie położyli dla Rzeczypospolitej?! Z pewnością też przywłaszczyli sobie zawczasu całą — należną Wam za wasze zalety umysłu, pilność, roztropność i wiarę — chwałę! To dzięki ich wysiłkom i radom Rzeczypospolita została wyrwana ze szponów przeznaczenia, wyszarpięta spod mieczy, wydobyta z ognia i ocalona. Powinniście wiedzieć, że im zawdzięczacie życie, wasze dobra i majątek, wasze dzieci i żony. Jeśli więc chcecie, aby to wspaniałe królestwo zostało ocalone, w pierwszym rzędzie musicie wszystkie wasze zamiary podporządkować jednemu celowi — zduszeniu zarazy, która ukryta w łonie ojczyzny, została przez naszych wrogów ujawniona i wskazana palcem.

Nobis vero quid exspectandum est, si haec nostra tanta audacia atque amentia et perfidia investigata est? Si ita sumus deplorati atque perditum, ut non solum occultas cogitationes geramus, sed etiam voce nostra proclamemus nos patriae incendium et flammam oculis nostris velle aspicere, vim, caedem, incendia, rapinas, populationes, urbium excidia, fugas, captivitates, praedas velle intueri? O triste et horrendum spectaculum⁷, o nos homines amentes et ab omni humanitate alienos, qui ad ista pericula tempora nostra cupiamus exardescere! O nimium stupidos, si non consideramus casus horribiles et pertimescendos, quos bellum Turcicum solet Christianis invehere! Qui non intellegamus, quam immanis sit Turcarum crudelitas et alios trucidari crudelissime, alios in perpetuam servitutem rapi, constringi et abduci indignissime! Eis, qui ad labores apti non sunt, vitam eripi, liberos a gremiis parentum avelli, in sinu alios iugulari et qui toto vitae suae tempore et necessitudine et benevolentia erant coniuncti⁸, illos miserrime distractos in regiones diversas easque remotas abduci atque eodem tempore flammam ubique erumpere, et tot atque tantas ruinas et tantum atque tam miserum interitum consequi, fletum atque gemitum ubique audiri, quae tametsi neque mente comprehendi neque verbis satis explicari possunt, exhorrescit tamen animus ad illorum commemorationem.

Nos igitur, qui in hoc regno nati, qui etiam in eo educati sumus, in hac libertate et tranquillitate inter amicos nostros vivimus, qui hic maiorum nostrorum monumenta et liberos nostros, dulcissima pignora, qui rerum nostrarum domicilium habemus, nos, inquam, hoc regnum, hanc patriam nostram dulcissimam, liberos atque coniuges nostras et in tantum periculum et in extremum discrimen cupimus deturbare? Et ad eam rem tam sceleratam, tam impiam Dei immortalis et domini nostri Iesu Christi nomine abutimur? Mandat Paulus Apostolus, ut pro regibus atque principibus et pro omnibus, qui in potestate sunt constituti, deprecemur⁹. Nostra enim pax et vita et quidquid est boni, illud totum cum illorum salute coniunctum est, nos vero Turcarum vim atque impetum illis atque patriae nostrae importari optabimus? Quid hoc crimine indignius, quid ista contumelia atrocius dici aut cogitari potuit? Quid supplicium satis dignum huic maleficio constitui poterit? Qui gladii, qui ignes, qui aculei satis idonei huic sceleri atque maleficio invenientur? Quibus autem argumentis ad probandum hoc tantum tam atrox, tam singulare maleficium vos uti oportere existimatis? O nostri adversarii atque hostes acerrimi, vobiscum enim nobis res est, vobiscum iam agimus. Certe nisi audaciam nostram singularem ostenderitis, nisi mores nostros feros et naturam immanem esse probabitis, nisi vitam nostram vitiis flagitiisque deditam esse convinctis, denique nisi omnia in nobis ad perniciem profligata atque perditam

⁷ Cf. CIC. *Ver.* 2,5,100,1-2: „O spectaculum miserum atque acerbum”.

⁸ Cf. CIC. *Fam.* 5,18,2,1-2: „tu vero, qui et fortunas et liberos habeas et nos ceterosque necessitudine et benevolentia tecum coniunctissimos [...]”

⁹ Cf. e.g. *Rom* 13,1-2: „non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt (2) itaque qui resistit potestati Dei, ordinationi resistit”; *Rom* 13,6-8: „ideo enim et tributa praestatis, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes (7) reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem (8) nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis”; 1 *Tim* 2,1-2: „obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus (2) pro regibus et omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate”.

My zaś, czego możemy się spodziewać, gdy nasza zuchwałość, nasze szaleństwo i przewrotność zostały odkryte? Gdy do tego stopnia jesteście zatraceni i zepsuci, że nie dość, iż żyjemy ukryte zamiary, to wszem i wobec głosimy, że pragniemy na własne oczy zobaczyć płomienie i pożogę, że chcemy ujrzeć przemoc, zbrodnię, pożary, rabunki, grabieże, zagładę miast, ucieczki, pojmania i łupy? Cóż to za smutny i przerażający widok! Jacy z nas beźmyślni, całkowicie pozbawieni człowieczeństwa ludzie, że pragniemy, aby tak wielkie niebezpieczeństwa rozgorzały w naszych czasach! O, jak bardzo jesteście naiwni, jeśli nie widzimy, jak okropne i przerażające nieszczęścia sprowadza na chrześcijan wojna z Turkami! Jeśli nie zdajemy sobie sprawy, jak straszne jest ich okrucieństwo: jednych bestialsko mordują, drugich chwytają do wiecznej niewoli, krępują więzami i haniebnie uprowadzają! Niezdatnych do pracy pozbawiają życia, dzieci wyrwują z objęć rodziców, a nienarodzone mordują w łonach matek. Tych zaś, których przez całe życie łączyły więzy pokrewieństwa lub uczucia, rozdzielają i wiodą do różnych, oddalonych od siebie ziem. Jednocześnie wszędzie wybuchają pożary oraz następuje całkowite zniszczenie i zagłada, dookoła zaś słychać płacz i jęki i mimo iż tych wszystkich rzeczy nie można ani rozumem ogarnąć, ani słowami wyrazić, na samą myśl o nich serce drętwieje z przerażenia.

Tak więc my, którzy jesteście zarówno urodzeni, jak i wykształceni w tym królestwie, którzy tu żyjemy pośród naszych przyjaciół w wolności i spokoju, którzy tu mamy pamiątki po naszych przodkach, nasze dzieci — najśladźszy skarb, dom i nasz cały dobytek, czyż my, powiadam, możemy pragnąć, aby to królestwo, ta nasza najdroższa ojczyzna, dzieci i żony nasze zostały przez nas narażone na tak wielkie niebezpieczeństwo i groźbę utraty życia? I czyż nadużywalibyśmy imienia nieśmiertelnego Boga i Pana naszego, Jezusa Chrystusa w tak bezbożnym i zbrodniczym celu? Apostoł Paweł nakazuje, aby modlić się za królów i książąt oraz wszystkich tych, którym powierzono władzę. Albowiem od ich bezpieczeństwa zależy nasz pokój, nasze życie i wszelakie dobra, czyż więc będziemy sobie życzyć, aby na nich oraz na naszą ojczyznę została sprowadzona turecka potęga i jej uderzenie? Cóż od tego oskarżenia niegodziwszego, coż od tej zniewagi okrutniejszego można było pomyśleć lub powiedzieć? Czyż za popełnienie tego przestępstwa można ustanowić karę, która byłaby wystarczająco surowa? Czy dla tej zbrodni i występku znajdzie się odpowiedni miecz, ogień lub grot strzały? Jakich więc argumentów, sędzicie, powinniście użyć, aby uzasadnić słuszność tego okrutnego i niespotykanego czynu? Bowiemy to z wami, naszymi przeciwnikami i najzacieklejszymi wrogami, mamy sprawę, to z wami właśnie przed sądem stoimy! Otóż jeśli nie wykażecie naszej niebýwałej zuchwałości, jeśli nie udowodnicie, że mamy okrutne obyczaje i dziką naturę, jeśli nie znajdziecie dowodów na to, że nasze życie jest zaprzędane występkom i zbrodniom i wreszcie jeśli nie dowiedziecie, że wszystko w nas jest podle i skazane na zgubę, coż przez to roztropnym mężom pokażecie, jeśli nie to, że ponad wszystko pożądacie naszej krwi? Zyskacie zaś dogodny powód, aby tę krew przelać, jeśli wzbudzicie do nas nienawiść Najjaśniejszego Króla i wszystkich stanów, jeśli będziecie głosić, że nie tylko jesteście heretykami, lecz także iż pozbawieni człowieczeństwa nie mamy w sobie

demonstrabitis, quid aliud facitis et quid efficitis, nisi ut prudentissimis viris ostendatis vos sanguinis nostri esse cupidissimos? Hanc autem rationem illius effundendi vobis esse expeditam, si in nos regis serenissimi et omnium ordinum odium convertatis, si clametis nos non solum esse haereticos, sed ita etiam ab omnibus humanitate alienos, ut nihil habeamus praeter figuram hominum, apud quos nihil valeat patriae caritas, nihil possit communio sanguinis, nullum locum habeat recta ratio, qui tantum immanitate bestias vicerint, ut suos liberos, suas coniuges ad interitum velint impellere, cum etiam feras ipsas natura, partus et educatio conciliet. Quodsi de istis criminibus omnibus facultas disceptandi iis concederetur, qui vobis et auctoritate et eruditione non cedunt aut etiam vos superant, si vobis etiam probandi necessitas incumberet, quando ista impia vota fecimus, si ad testes probatos atque ad rationes crimina vestra revocarentur, certe etiam vobis invitis ista vox extorqueretur: „Nos quid dicamus, nescimus, scimus tamen, quid cupiamus. Cupimus enim vos perdere, quia ad auctoritatem et potentiam summam, quam diu appetimus, vobis viventibus pervenire non possumus, cupimus etiam vestra bona diripere eaque nostro arbitratu quibuslibet largiri, reliqua, ut placet, in usum nostrum convertere et propterea criminoze et suspicioze multa spargimus”. Hic fons, haec causa, hic nidus est istarum omnium criminationum, quae a vobis prodeunt, istae sunt furiae, quae vos exagitant, istae faces, quae vos excruciant atque inflammant. Quid si prodeat aliquis, qui ostendat omnia vestra consilia ad tyrannidem spectare, ad vim atque caedem omnibus bonis inferendam tendere et ita vos quaestus cupiditate caecatos esse, ut etiam maiestati regiae serenissimae et senatoribus illustrissimis illudere non dubitetis — id, quod etiam in aliis regnis ita iam factum est, ut a vestri ordinis hominibus excitata semel domesticorum dissidiorum incendia nullis consiliis restingui possint? Si hoc probatum fuerit? Quo vos nomine appellabimus aut quomodo poenam illam, quae calumniatoribus et publicae pacis perturbatoribus proposita est, vobis non debere affigi probabitis?

Sed nos ius istud non exigimus neque in hoc certamen vobiscum descendimus, innocentia nostra freti causam nostram totam Deo committimus atque tradimus eumque, ut veniam vobis huius facti det, oramus. Vos per vestram eruditionem, per istas vestras opes, quas nomine Christi estis consecuti, per hanc afflictam rem publicam, per omnia, quae vobis cara et iucunda sunt, oramus et obsecramus, ut aliquod vel minimum temporis momentum ad considerationem huius rei sumatis, ut tantam odii in nos vestri flammam restinguatis, ut offensionum vestrarum obliviscamini; ut cogitetis Deum esse supra vos creatorem mundi¹⁰, cui patefactae sunt omnes cogitationum vestrarum latebrae. Esse etiam dominum Iesum Christum, vivorum et mortuorum iudicem¹¹, in cuius conspectu mentis vestrae omnia abstrusa apparebunt¹².

¹⁰ Cf. e.g. *Heb* 1, 10: „et tu in principio Domine terram fundasti et opera manuum tuarum sunt caeli”; *Heb* 3, 4: „qui autem omnia creavit Deus”.

¹¹ Cf. e.g. 2 *Tm* 4, 1: „testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos ac mortuos”.

¹² Cf. e.g. *Heb* 4, 12–13: „vividus est enim Dei sermo et efficacis, et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus conpagum quoque et medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis (13) et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius”.

nic ludzkiego prócz wyglądu; dla których umiłowanie ojczyzny nie ma żadnej wartości, wspólnota krwi — żadnego znaczenia i niczym jest zdrowy rozsądek; którzy tak w swym bestialstwie przewyższyli zwierzęta, że swoje dzieci i żony chcą przywieść do zguby, podczas gdy nawet w dzikim zwierzęciu natura, urodzenie potomstwa i jego wychowanie budzą przyjazne instynkty. A jeśliby możliwość osadzenia tych wszystkich zarzutów przypadła tym, którzy wam nie ustępują ani powagą, ani erudycją, a nawet was pod tym względem przewyższają, gdyby też wystąpiła konieczność, abyście udowodnili, kiedy to wypowiedzieliśmy te bezbożne życzenia oraz gdyby wasze oskarżenia musiały zostać ponownie zbadane w oparciu o dowody i zeznania sprawdzonych świadków, to z pewnością, mimo waszego sprzeciwu, siłą by z was wydobyto takie słowa: „Nie wiemy, co mówimy, wiemy jednak, czego pragniemy. Otóż pragniemy was zgubić, ponieważ żywi uniemożliwiają nam zdobycie najwyższej władzy i potęgi, o którą już od dawna się ubiegamy. Chcemy też zagrabić wasze dobra i według naszego uznania obdarować nimi hojnie kogo się nam tylko spodoba; resztę, wedle uważania, przeznaczymy na nasz użytek; z tej oto właśnie przyczyny rozsiewamy wkoło liczne oszczerstwa i podejrzenia”. Tu jest źródło, tu tkwi przyczyna i zarodek wszystkich owych pomówień, które z waszych ust pochodzą; stąd bierze się furia, co wami miota; to jest zarzewie, którego płomień was dręczy i rozpala. A nawet jeśli znalazłby się ktoś, kto pokazałby, iż celem wszystkich waszych intryg jest tyrańska władza oraz gwałt i rzeź niewinnych ludzi, że zaślepieni żądzą zysku nie wahacie się zwodzić zarówno Królewskiego Majestatu jak i Najdostojniejszych Senatorów i że jest to powodem, dla którego w innych królestwach nie można w żaden sposób ugasić pożogi wojny domowej, wznieconej przez ludzi waszego stanu? I gdyby to zostało udowodnione? Z jakiego tytułu wniesiemy przeciwko wam skargę, a wy, w jaki sposób udowodnicie, że nie powinno się wam wymierzyć kary, która zgodnie z prawem należy się oszczercom i wichrzycielom publicznego spokoju?

Lecz my nie egzekwujemy prawa i nie stajemy z wami do walki w sądzie; pewni własnej niewinności powierzamy naszą sprawę Bogu i modlimy się, aby przebaczył wam tę zbrodnię. Na waszą uczoność, na waszą potęgę i bogactwa, które zdobyliście w imię Chrystusa, na tę umęczoną Rzeczpospolitą, na wszystko, co wam drogie i miłe, prosimy was i zaklinamy, abyście choć przez krótką chwilę pomyśleli o tym, aby stłumić płomień nienawiści, którą do nas pałacie, i byśmy zapomnieli o waszej wrogości; a także abyście zastanowili się nad tym, że ponad wami jest Bóg, stwórca świata, dla którego wasze ukryte zamiary nie mają tajemnic; że jest też Jezus Chrystus, sędzia żywych i umarłych, który swym spojrzeniem przeniknie tajniki waszych myśli.

Cur enim nos persequimini? Cur oppugnatis? Quamobrem cruces atque ignes paratis, quorum iam diu in aliis regionibus excitatae flammae lucidissimum splendorem effundunt ad testandam in Dei conspectu et amplificandam crudelitatem vestram? Defecimus a vobis? At veritatem non deseruimus! Nam Evangelii doctrinam domini nostri Iesu Christi amplectimur, hanc docemus, hanc vitae nostrae legem atque normam constituimus, ex eius praeceptis mores nostros formare conamur, ex hac omnes sententias deducimus, quibus actiones et cogitationes nostras regamus; hanc, inquam, Evangelii doctrinam profitemur totam atque integram, quam a vobis accepimus, cuius particulas vos in templis vestris Latine recitatis apud populum, huius linguae atque istius doctrinae plane ignarum. At quomodo recitatis aut quomodo legitis? Qua pompa? Quo apparatu atque instructu? Quo vestium splendore et sumptu? Qua varietate imaginum? Qua candelarum copia? Qua suavitate cantionum atque sonorum? Qua arte gestuum? Quibus animi hominum deleniti atque distracti cogitationem suorum peccatorum non possunt suscipere aut, si suscipiunt, in ea tamen non consistunt. Neque enim in natura positum est, ut animus in una cogitatione defixus permaneat et nervos suos in unius rei considerationem intendat, si a rebus diversis iisque splendidis, et vehementer in sensus incurrentibus distrahatur. Quam etiam causam esse putatis, quod dominus Iesus Christus in solitudine saepe oravit et quod Apostoli locum ad fluvium, ubi orarent, habebant? Nolo hic longius excurrere. Hoc tantum dicimus non alia ex re magis posse intellegi nos longe a Deo remotos esse, quam si haec doctrina Evangelii non proponatur hominibus, in qua hereditariae possessionis testamentum continetur¹³, si non intellegatur, si non ad actiones nostras referatur et quasi in succum et sanguinem nostrum convertatur. Quid igitur facitis, dum istis cartis, in quibus verba Evangelii impressa continentur, tantum honorem habetis, ipsam autem Evangelii doctrinam populo non proponitis, non explicatis, non commendatis? Immo vero contemnitis ipsi et in aliorum hominum contemptum vultis adducere atque ab illius cognitione omnes homines deterrere conamini? Quid faciatis, si aliquis gestu et vultu honorem vobis deferat et idem vos homines stultos et ineptos, improbos etiam et amore atque benevolentia hominum indignos esse praedicet? Exiguum est nobis ingenium neque eruditio tanta, quantam vobis multi homines tribuunt, neque potentia nitimur, quam nullam habemus, non etiam cupimus, et tamen quoniam non omnia posita sunt in eloquentia atque potentia, et est quaedam veritatis vis tanta, quae neque dicendo opprimi neque viribus superari possit, hac freti speramus nos contra vestra eloquentiae et doctrinae arma posse consistere atque ad nostram causam tantum facultatis apportare, ut, tametsi vestros errores eripere non possimus, possimus tamen refellere et hanc causam nostram speremus nos contra vestram eloquentiam et potentiam apud aequos et peritos iudices posse defendere. Hic nolumus esse prolixiores.

¹³ Cf. e.g. *Heb* 9,15–17: „et ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priore testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae hereditatis (16) ubi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris (17) testamentum enim in mortuis confirmatum est”.

Dlaczego więc nas prześladujecie? Dlaczego zwalczacie? Z jakiego powodu gotujecie nam krzyże i stosy? Ich od dawna płonące w innych krajach płomienie świecą się jasnym blaskiem, aby w oczach Boga poświadczyć i zwiększyć jeszcze wasze okrucieństwo. Odstąpiliśmy od Was? Lecz nie sprzeniewierzyliśmy się prawdzie! Albowiem miłujemy Ewangelię — naukę Jezusa Chrystusa, jej nauczamy, ją ustanowiliśmy prawem i normą naszego życia, według jej wskazówek staramy się kształtować nasze obyczaje, z niej też czerpiemy wszystkie zalecenia, które wyznaczają nasze myśli i postępowanie. Powtarzam, uznajemy całą i nienaruszoną naukę Ewangelii, tę, którą otrzymaliśmy od Was, a której fragmenty recytujecie po łacinie w waszych świątyniach ludowi, co nie zna ani tego języka, ani tej nauki. I w jaki to sposób głosicie ją albo czytacie?! Cóż za przepych, coś za wystawność i bogactwo was otacza! Jak okazałe i kosztowne są wasze stroje! Ileż to przeróżnych obrazów, ileż świec widać wszędzie! Jakaż słodycz płynie z waszych pieśni i melodii! Cóż za kunsztowność zdobi wasze gesty! Umysły ludzi tym wszystkim pochłonięte i oczarowane nie mogą się skupić na poznaniu swych grzechów albo, jeśli taką próbę podejmują, to w niej nie potrafią wytrwać. Bowiem nie jest zgodne z naturą, aby umysł koncentrował się na jakimś zagadnieniu i skupiał swe siły na jednej myśli, jeśli rozprasza ją różne rzeczy, zwłaszcza pełne blasku i przepychu, które silnie oddziałują na zmysły. Pomyślcie, jaki był powód, że Jezus Chrystus modlił się często w samotności i że apostołowie miejsce przeznaczone na modlitwę mieli nad rzeką? Nie chcę tu dłużej odbiegać od tematu. Twierdzimy tylko, że nic innego nie dałoby lepiej do zrozumienia, iż jesteśmy oddaleni od Boga, jak to, że nauka Ewangelii, zawierająca świadectwo dziedzicznej własności, nie byłaby głoszona ludziom ani też przez nich rozumiana, oraz gdyby ta nauka nie stanowiła punktu odniesienia dla naszego postępowania i nie przemieniała się na nasze soki żywotne i krew. Cóż więc czynicie, gdy tak wielki szacunek macie dla tych kart, na których zostały odcisnięte słowa Ewangelii, a zawartej w niej nauki nie przedstawiacie ludowi, nie tłumaczycie jej i nie zachęcacie do niej? Czyż nie pogardzacie nią sami i nie chcecie ściągnąć na nią pogardy innych, a także czyż nie usiłujecie odwieść od niej wszystkich ludzi? Cóż byście zrobili, gdyby ktoś za pomocą gestu lub wyrazu twarzy pozbawił was szacunku i tym samym dał do zrozumienia, że jesteście głupimi, wyzutymi z rozumu, nieuczciwymi i niegodnymi zarówno miłości, jak i życzliwości ludźmi? Nie-wielkie są możliwości naszego umysłu a wiedza nie tak głęboka, jaką wielu wam przypisuje, nie mamy też oparcia we władzy, której nie posiadamy i co więcej posiadać nie pragniemy. Ponieważ jednak nie wszystkie rzeczy zależą od sztuki wymowy i potęgi, a moc prawdy jest tak wielka, że nie można jej ani stłamsić słowami, ani pokonać siłą, ufając jej mamy nadzieję, że możemy stanąć do walki z orężem waszej nauki i elokwencji oraz na tyle pomóc swej sprawie, iż nawet jeśli nie jesteśmy w stanie wytrzebić waszych błędów, możemy jednak je pokonać za pomocą argumentów; żywimy też nadzieję, iż mając sprawiedliwych i doświadczonych sędziów, obronimy naszą sprawę przed waszym krasomówstwem i potęgą. Nie chcemy tu mówić zbyt rozwlekłe.

Si ecclesia catholica et apostolica est congregatio eorum hominum, qui incumbunt doctrinae apostolicae, qui in sancta communione versantur et dant operam supplicationibus, retinent quoque panis fractionem ex Christi instituto¹⁴, certe nos de ecclesiae possessione non potestis bonis rationibus depellere. Nam intra ista saepta nobis et Apostolis circumducta vitam et actiones nostras conamur continere at ceremonias a vestris maioribus inventas et traditas contempsimus. Istud quidem fatemur nos fecisse, addimus etiam, si vultis, vestris istis ceremoniis nihil dici neque cogitari posse splendidius, nihil pulchrius, nihil iucundius. Quem enim non delectet, etiam stolidum et impium hominem, illa sonorum suavitas tanta arte comparata et ad aures demulcendas accommodata? Quem non commoveat ille splendor auri, argenti, fulgor imaginum, ille odor suffimentorum? Illa reliqua omnia, quae non facile enumerari possint, quem non delectent, quem non in admirationem opum incitent? Agnoscimus in istarum rerum apparatu atque copia vestri ingenii et industriae splendorem elucere et istam laudem esse vestram propriam.

Sed dominus noster Iesus Christus doctrinam suis discipulis tradidit, illius explicandae laborem eis imposuit¹⁵, omnibus divinis virtutibus suos ornatos esse voluit atque eam demum ecclesiam et sponsam suam affirmavit, in qua haec ornamenta virtutum elucerent. Hunc cultum et ornatum Patri suo gratissimum esse testatus est, qui ex animo pulcherrimo proficiscitur, et certe, ut haec ornamenta consequamur longo tempore, magno labore, summa animi contentione, inflammato studio, ardentibus precibus, opus est. Et nisi quis nuntium mittat mundanis cupiditatibus, nisi relinquat studia delectationis atque opum¹⁶, nisi deferat ludos, iocos, convivia, amorem rerum mundanarum, nisi aequo animo odium et inimitias hominum subeat¹⁷, in possessionem horum ornamentorum pervenire non potest. Vestra enim ista ornamenta ex arca petuntur, pecunia comparantur, opibus nituntur, quae etiam per vim atque iniuriam comparantur et retinentur; nostra Dei colendi ratio, quae ex spiritu atque istis virtutibus proficiscitur, de quibus diximus, nobis optabilis et Deo grata est. Deus enim vult tales habere, qui illum spiritu et veritate colant¹⁸, vestra vero vobis utilis et quaestuosa. Utinam opibus istis, quas possidetis, et hac vestra potentia contenti sitis, nobis doctrinam Christi, quam ipsi contemnitis, concedatis et non tam crudeliter in nos saeviat. Christum et Trinitatem, ut quidam vestrum non ita pridem scripsit, reicimus, crimen istud de Christo non agnoscimus.

¹⁴ Cf. e.g. *Lc* 22,19: „et accepto pane gratias egit et fregit, et dedit eis dicens: hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem”.

¹⁵ Cf. e.g. *Mc* 3,14: „et fecit, ut essent duodecim cum illo et ut mitteret eos praedicare”; *Mc* 16,15: „et dixit eis euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae”.

¹⁶ Cf. e.g. *Mt* 6,19–6,20: „nolite thesaurizare vobis thesauros in terra [...] (20) thesaurizate autem vobis thesauros in caelo”.

¹⁷ Cf. e.g. *Mt* 5,44–5,45: „diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos (45), ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est”.

¹⁸ Cf. e.g. *Io* 4,24: „spiritus est Deus et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare”.

Jeśli katolicki i apostołski Kościół jest zgromadzeniem ludzi, którzy za podstawę swej wiary uznają naukę apostołów, którzy uczestniczą w świętej społeczności i oddają się modlitwom, a także którzy zgodnie z pouczeniem Chrystusa zachowują zwyczaj łamania chleba, to z pewnością nie macie żadnych słuszych powodów, aby nas usunąć poza obręb owego Kościoła. Albowiem na tym wydzielonym dla nas i apostołów obszarze staramy się zmieścić nasze życie i uczynki, wzgardziliśmy zaś tylko wymyślonymi i przekazanymi przez waszych poprzedników ceremoniami. Zrobiliśmy to — wyznajemy i zarazem, jeśli chcecie, możemy dodać, że nie da się powiedzieć ani pomyśleć niczego, co by było od nich wspanialsze, piękniejsze i przyjemniejsze. Kogóż by nie zachwycała owa słodycz dźwięków dostrojona do pieszczenia uszu i skomponowana z tak wielkim kunsztem? Z pewnością zdołałaby oczarować nawet bezbożnego i ograniczonego człowieka! Kogo by nie poruszył ów splendor złota i srebra, blask obrazów oraz woń kadzideł? Owe wszystkie pozostałe rzeczy, których nie łatwo wyliczyć, kogóż by nie zachwycały i kogo swym przepychem nie wprawiły w podziw? Przyznajemy, że w ich okazałości i bogactwie jaśnieje blask waszych talentów i waszej przemyślności i chwała za to tylko wam się należy.

Lecz Pan nasz Jezus Chrystus przekazał swoim uczniom naukę i nałożył na nich trud jej wyjaśniania, przy czym chciał, aby Jego wyznawców zdobiły wszelkie boskie cnoty, i zapewnił, że jedynie taki Kościół jest jego Kościołem i Oblubienicą, w którym jaśnieją klejnoty owych cnót. Ponadto zaświadczył, że taki kult i ozdoby są najdroższe Jego Ojcu, które powstają z pięknych myśli, z pewnością więc trzeba, abyśmy przy najwyższym natężeniu władz duchowych długą i mozolną pracą, gorącym pragnieniem i żarliwą modlitwą te klejnoty zdobyli. Zaś ten, kto nie rozstanie się z doczesnymi pragnieniami, kto nie porzuci zamięłowania do rozkoszy i bogactw, kto nie odtrąci zabaw, żartów, uczt i miłości światowego życia — nie będzie mógł wejść w posiadanie tych ozdób. Wasze bowiem ozdoby, które wydobywa się ze szkatuły i kupuje za pieniądze, istnieją dzięki bogactwu, te zaś zdobywa się i zachowuje, stosując przemoc i bezprawie. Tymczasem sposób, w jaki my oddajemy cześć Bogu, rodzi się z ducha i wspomnianych już cnót, jest zgodny z naszymi oczekiwaniami i miły Bogu. Albowiem Bóg chce mieć takich wyznawców, którzy czczą go w duchu i prawdzie, natomiast wy robicie to dla korzyści i pieniędzy. Zadowolcie się bogactwem, które posiadacie, i swą własną potęgą, nam zostawcie naukę Chrystusa, którą sami gardzicie, i nie bądźcie wobec nas tak okrutnie srodzy!

De Trinitate autem quod obicitis, verum esse fatemur, sed Deum, illum creatorem caeli et terrae adoramus, quem solum Deum esse dominus noster Iesus Christus appellat¹⁹, cui omnia accepta refert. Adoramus quoque dominum nostrum Iesum Christum et invocamus et Deum nostrum illum esse agnoscimus. Neque vos ignoratis de Trinitate tam multas esse opiniones, tam varias, tam obscuras, tam absurdas, ut neque numerari neque ad consensum reduci, neque intellegi, nedum explicari possint; vestrae cantiones, vestra missalia Mariam universae Trinitatis matrem esse statuunt!²⁰ Ac ne longe abeam, aspiciate imagines vestras ad vestrae theologiae dogmata effectas atque accommodatas: nonne alia simulacra ita facta et picta sunt, ut tres viros a se invicem distinctos ante oculos hominum constituent, alia vero unum quidem, sed eum tamen tricipitem?! O monstrum horrendum²¹, quod cum homines in ea iam Evangelii luce sine magna offensione intueri non possent, iam ex illorum oculis sublatum est, superioribus tamen saeculis, illis errorum tenebris dominantibus, visendum proponebatur. Alia vero simulacra annosum senem referunt, horrendum atque pilis obsitum, in cuius sinu mirandum in modum spinis et clavis compunctus, verberibus deformatus atque iam exanimatus, prostratus Filii iacet, candidula quoque columba utrique adiuncta est!²² O venerandam Trinitatem, cuius Maria mater est (ut docent vestrae cantiones et missalia vestra)! O admirandam, o ter maximam virginem, matrem misericordiae, reginam caeli, portam paradisi!²³ Omitto alias imagines portentosas, quae et inter se pugnant et caelesti doctrinae sunt contrariae. Iam si imagines rudium hominum libri sunt, ut vos affirmatis, dicite nobis, quid nam mens humana ex illis potest percipere, in quo acquiescat, aut quid intellegit, quo ad veram pietatem et ad verum Dei cultum excitetur? Quomodo homo rudis atque agrestis ista simulacra ad capita illa fidei catholicae revocare et accommodare poterit, quae unum Deum creatorem caeli et terrae, unum quoque dominum Iesum Christum, ex Sancto Spiritu conceptum et ex Maria virgine natum, proponunt?²⁴

¹⁹ Cf. e.g. *Mc* 12,29: „audi Israhel Dominus Deus noster Deus unus est”.

²⁰ Cf. DUDITHIUS, *Epistulae* II, p. 266: „vestra missalia, vestra, inquam, quibus nunc Polonia utitur, quid non Mariae tribuunt [...]? [...] «Ave — inquit — Trinitatis universae mater”.

²¹ Cf. VERG. *Aen.* 3,658: „Polyphemum monstrum horrendum, informe, ingens”.

²² Cf. DUDITHIUS, *Epistulae* II, p. 264–265: „Sedet promissa eaque cana barba senex, annosus et horridus, pilis obsitus, triplici corona redimitum caput [...] In pectore appicta est pro Spiritu Sancto candidula columba, quae ita explicatis alis volitare videtur, ut tamen Christi caput non attingat, qui iam exanimatus et miserandum in modum spinis clavisque compunctus et verberibus deformatus in seniculi illius sinu prostratus iacet”.

²³ Vide Ulysse CHEVALIER, *Repertorium hymnologicum*, t. 1, Louvain 1892, nr 2037: „Ave, porta Paradisi, lignum vitae, quod amisi”; Cf. DUDITHIUS, *Epistulae* II, p. 265: „O admiradam, o ter maximam virginem! Maria mater gratiae, mater misericordiae, regina caeli, porta paradisi ab impiis diceris”.

²⁴ Vide *Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum* (381): „Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilibus omnium et invisibilibus, et in unum dominum Iesum Christum [...] qui [...] incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, et homo factus est”.

Według tego, co ktoś z waszych nie tak dawno napisał, nie uznajemy Trójcy i Chrystusa. Z oskarżeniem dotyczącym Chrystusa nie zgadzamy się. Natomiast zarzut odnoszący się do Trójcy, przyznajemy, jest prawdziwy, lecz my tego Boga, stwórcę nieba i ziemi, wielbimy, o którym Jezus Chrystus powiedział, że jest jedynym Bogiem i że mu wszystko zawdzięcza. Wielbimy też naszego Pana Jezusa Chrystusa, sławimy Go i uznajemy naszym Bogiem. Wy sami dobrze wiecie, że na temat Trójcy jest tak wiele opinii, tak różnych, niejasnych i niedorzecznych, że nie można ich ani zliczyć, ani uzgodnić ze sobą, ani też zrozumieć czy wytłumaczyć. Wasze kancjonały i mszały każą wierzyć, że Maryja jest matką całej Trójcy! Żeby nie szukać daleko, spójrzcie na wizerunki wymyślone według dogmatów waszej teologii i do tych dogmatów dopasowane: czyż jedne nie są tak wykonane i namalowane, że pokazują ludzkim oczom trzech różniących się od siebie mężów, inne zaś tylko jednego, lecz za to z trzema głowami?! Cóż to za przerażające monstrum! Ponieważ oświeceni przez Ewangelię ludzie nie mogli na nie patrzeć bez odrazy, usunięto je wreszcie przed ich wzrokiem, jednakże we wcześniejszych wiekach, kiedy to panowały ciemności błędów, wizerunek ten był wystawiony na powszechny widok. Inne zaś obrazy przedstawiają leciwego starca — straszny on i gęsto porośnięty włosami. Trzyma na swym łonie syna, który jest w niezwyklej sposób poprzebijany kolcami i ćwiekami, zniekształcony przez razy i martwy; zaś tuż obok nich znajduje się jaśniejąca gołębica! O czcigodna Trójco, co Marię masz za matkę (jak nauczają wasze śpiewniki i mszały)! O uwielbiona, po trzykroć wielka Maryjo, matko miłosierna, królowo nieba, bramo raj! Nie wspomnę o innych dziwacznych wyobrażeniach, które zarówno pozostają w sprzeczności same ze sobą, jak i są niezgodne z nauką niebios. Jeśli więc książkami prostych ludzi są, jak twierdzicie, obrazy, co ludzka myśl może w nich takiego dostrzec, z czym by się zgodziła, i co w nich takiego widzi, co by ją zachęciło do prawdziwej pobożności i oddawania czci Bogu? W jaki sposób prosty i niewykształcony człowiek będzie mógł owe wizerunki dopasować i odnieść do głównych prawd katolickiej wiary, które głoszą, że jest jeden Bóg, stwórciel nieba i ziemi, oraz jeden Pan Jezus Chrystus, który począł się z Ducha Świętego i narodził z Maryi dziewicy?

Non placet nunc alios errores vestros, qui propemodum infiniti sunt, in medium producere. Quos quia nos non amplectimur, quia ab istis putridis lacunis recedimus et ex fontibus purissimis salutaris doctrinae aquam haurire malumus, quam ipsam etiam a vobis accepimus, vos turpissimorum scelerum maculas nobis inuritis, regum animos in nos inflammatis, odia illorum accenditis, libros nostros exuritis, etiam veterum patrum doctrinam depravatis, ut claudantur omnium ordinum aures veritati, elaboratis, concitatae multitudinis temeritatem ad arma impellitis, minas spargitis, ab omni humanitate omnes homines deducere, ad crudelitatem conamini deturbare, spem omnem colloquutionis et publici consilii adimitis, confoederationem ad pacem et tranquillitatem comparatam et regum iuramento confirmatam labefactatis et tollitis, bellum domesticum, bellum acerbissimum instituitis. Immo vero non bellum gerere, sed vos volumus perdere, ita enim potest aliquis vestrum obicere. Audimus et istud quoque intellegimus. Testantur enim externarum nationum exempla, quid decernatis. Nonne istud horrificum et teterrimum atque nefarium bellum est, cum liberos ante conspectum parentum, parentes ante oculos liberorum, homines innocentissimos iugulatis, crematis et ad rem inquisitores habetis? Legem ponitis: horum mors, illorum lacrimae, omnium miseriae vos non movent? O crudelitatem admirandam, o miserum saeculum, o feros mores vestros et a Christianorum institutis alienissimos! Apud vos enim pro mansuetudine, pro humanitate, patientia, caritate, iustitia tanta immanitas locum habet, praemia habet, laudem habet! Illi, qui Evangelii doctrinam defendunt, omni suppliciorum genere afficiuntur, nullum locum, in quo acquiescant, habent. „Immo vero vos etiam ex regno exterminabimus, eiciemus. Testes sunt huius nostrae voluntatis et cupiditatis: nostrae contiones, nostri libelli, huc tendunt nostra consilia, conatus nostri eo referuntur” — ita enim clamant adversarii nostri, ita minantur. Non dubitamus hoc verum esse et accipimus hanc condicionem, quam datis. Sit ita sane, quia vos vultis et quia potentiae atque auctoritatis vestrae conservandae tantam spem in nostro interitu esse existimatis.

Cogitate tamen Deum esse spectatorem et iudicem vestrorum consiliorum, etiam in hac vita semper futuros esse, qui de vestris actionibus, de vestris moribus recte possint iudicare, veritatis quoque, quamvis nos funditus deleatis, radices mansuras esse, quae contra vos dicant testimonium. Neque enim omnia in potentia et regum gratia sita sunt. Potuit Lutherus contra vim et potentiam totius orbis Christiani in maximis offensionibus et summis sollicitudinibus consistere veritate fretus, a plurimis et maximis hostibus appetitus omnia contempsit pericula et subsecuta sunt alia tempora, in quibus multi exstiterunt, qui eiusdem veritatis splendore excitati etiam ad alias nationes viam Evangelio patefecerunt. Est ille ipse Deus, cui vos numquam poteritis resistere et contra quem numquam feliciter bellum geritur. Est eadem veritas, quam vos numquam poteritis expugnare.

¹¹ publici *correx* ex publici.

²⁵ Agitur de Confoederatione Varsoviensi (1573).

Nie mam teraz ochoty ujawniać waszych innych, niezliczonych prawie, błędów. Ponieważ ich nie akceptujemy, ponieważ odcinamy się od tego cuchnącego bagna i wolimy czerpać wodę zbawiennej nauki z najczystszych źródeł, przy czym jest to ta sama woda, którą od was otrzymaliśmy, naznaczacie nas piętnem najohydniejszych zbrodni, podburzacie przeciwko nam umysły królów, podsycacie ich nienawiść, palicie nasze książki a nawet przekręćcie naukę dawnych ojców; ponadto dokładacie starań, aby uszy wszystkich stanów zamknęły się na prawdę oraz wykorzystując bezmyślność wzburzonego tłumu, popychacie go do walki, siejcie postrach oraz usiłujecie sprawić, aby ludzie wyzbyli się człowieczeństwa i nakłaniać ich do okrutnych zachowań; jednocześnie pozbawiacie jakiegokolwiek nadziei na pertraktacje i powszechne porozumienie, niszczyacie i obalacie konfederację potwierdzoną przysięgą królów i zawartą dla pokoju i spokojnego życia, a co więcej szykujecie najdotkliwszą z wojen, wojnę domową. „Nie wojny, lecz zguby waszej chcemy” — któryś z was może tak odpowiedzieć. Słyszymy to i rozumiemy. Albowiem przykłady innych narodów świadczą o tym, jakie są wasze zamiary. Czyż to nie najstraszniejsza i najobrzydliwsza wojna, gdy mordujecie i palicie dzieci na oczach rodziców, rodziców w obecności dzieci oraz całkiem niewinnych ludzi? i gdy macie specjalnie do tego przeznaczonych inkwizytorów? Stanowicie prawo: tych śmierć, tamtych łzy i wspólne wszystkim nieszczęście czyż was nie poruszają? Cóż za niewyobrażalne okrucieństwo! Cóż za czasy nieszczęsne! Jak dzięki i w niczym niepodobne do nauki chrześcijan są wasze obyczaje! Albowiem u was zamiast łagodności, zamiast człowieczeństwa, cierpliwości, miłości i sprawiedliwości zyskuje sobie nagrodę, znaczenie i chwałę najgorsza niegodziwość! Ci zaś, którzy stają w obronie ewangelicznej nauki, są nękanymi wszelkiego rodzaju karami i nie ma takiego miejsca, gdzie mogliby znaleźć spokój. „Zaprawdę was też wypędzimy z królestwa, was też z niego wygnamy. O tym, że taką żywimy ochotę i pragnienie, świadczą nasze przemówienia i nasze książki, w tym kierunku zmierzają nasze plany i na tym skupiają się nasze wysiłki” — tak oto wołają nasi wrogowie i w taki sposób nam grożą. Nie wątpimy, że jest to prawda i przyjmujemy warunki, jakie nam stawiacie. Niech się tak stanie, skoro wy tego chcecie i skoro sądzicie, że od naszej zagłady zależy nadzieja na ocalenie waszej władzy i potęgi.

Pomyślcie jednak, że Bóg widzi i sądzi wasze zamiary; również tu na ziemi zawsze będą ludzie, którzy właściwie osądzą wasze czyny i postępowanie, a ponadto, mimo że zostaniemy przez was doszczętnie zgładzeni, przetrwają korzenie prawdy, co będą przeciwko wam świadczyć. Nie wszystko bowiem zależy od władzy i łaski królów. Luter mógł stanąć do walki z siłą i potęgą całego chrześcijańskiego świata mimo największych trosk i przeciwności. Znajdując oparcie w prawdzie, choć był prześladowany przez licznych i wyjątkowo groźnych wrogów, zlekceważył wszystkie niebezpieczeństwa. Wraz z nim nastąpiły nowe czasy i pojawiło się wielu ludzi, którzy pobudzeni blaskiem owej prawdy wskazali drogę do Ewangelii pozostałym narodom. Jest i sam Bóg, któremu nigdy nie będziecie mogli stawić oporu — z nim żadna wojna nie kończy się szczęśliwie. Jest wreszcie prawda, której nie uda się wam pokonać.

Eiciemur nos aut etiam in vestro conspectu cremabimur, cum liberis nostris trucidabimur sine crimine, sine iudice absque iudicio, sine scelere, etiam sine defensione. Nam in aliis quoque regionibus illis, quos appellatis haereticos, a vestris manus religantur, ne demonstrent iniuriam, linguae inciduntur, ne testimonium dent veritati et ne conquerantur de calamitate. Tacebimus, si necesse erit, veritas tamen aget causam nostram. Omnia patiemur, quae nobis imponet voluntas vestra. Vim vultis inferre? Praesto sumus. Eicere cupitis? Exhibimus. Causam audire non vultis? Causam non dicemus. Aliud quidquam conamini? Agite facite, perficite. Dominum nostrum Iesum Christum oramus, qui etiam eodem modo accusatus et condemnatus est a pontificibus et eorum voluntate cruci affixus, ut nos spiritu suo confirmet, ne mortem hanc miserandam esse existimemus, quae ob illius gloriam capitur, neque exilium turpe, quod propter pietatem suscipitur. Si vitam eripietis, non adimetis salutem, si exilio multabitur, non animum a re publica nostrum poteritis remove. Ubi cumque erimus, non nos a domino nostro abesse et non etiam a patria nostra carissima exterminatos, sed a vobis repudiatos et eictos esse existimabimus. Non dubitamus quoque multos fore, qui aut dicant aut sentiant nemini a nobis umquam periculum creatum fuisse, nemini nos calamitati fuisse, omnibus, quibus potuimus, auxilium et praesidium praestitisse.

Te appellamus, rex serenissime, tuam sapientiam et aequitatem ad huius rei cognitionem imploramus; vos, illustrissimi senatores — quorum animus alienatus est a nobis inimicorum nostrorum sermonibus, ut neque scripta nostra legere, neque voces nostras possitis cognoscere — vos oramus per vestram prudentiam et aequitatem, non aliqua turpitudine inquinati, sed contumeliis vexati et propterea contempti ac iniuriis multis iactati ad vos confugimus²⁶, a vobis petimus per omnes vestras praeclaras virtutes, quibus ad tantum dignitatis fastigium estis evecti, ne existimetis nos homines esse blasphemos et impios, ne cogitetis vastationem rectorum institutorum a nobis introduci. Evangelium domini nostri Iesu Christi profiteamur, doctrinam Apostolorum defendimus. Haec causa una est, quae inimicos nostros incitavit, ut animum vestrum a nobis abalienarent, haec illorum odium in nos inflammavit et ad istas poenas, quae sunt sceleri constitutae, nobis importandas impulit. Si iam repetent, si eadem accedet voluntas et auctoritas vestra, non propter blasphemiam aut contumaciam, sed propter veritatem, propter Evangelii propugnationem eas persolvemus. Deum autem optimum, maximum et dominum nostrum Iesum Christum rogamus, serenissime rex et vos illustrissimi senatores, ut omnes salvi sitis et incolumes, ut prosperam, aequabilem, tutam atque tranquillam fortunam trahatis, ut exilium nostrum non ad perturbandam rem publicam, ut sanguis noster non ad vestram perniciem, sed ad Dei gloriam effundatur, ut etiam haec crudelitas in nos experta in vobis non convalescat.

²⁶ Cf. CIC. *Quinct.* 98,6: „Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit”.

Zostaniemy wypędzeni albo na waszych oczach spaleni, zamordowani wraz z naszymi dziećmi bez sądowego oskarżenia, procesu i sędziego, bez winy i bez możliwości obrony. Albowiem także w innych krajach tym, których nazywacie heretykami, krepujecie ręce, aby nie wskazały niegodziwości, i obcinacie języki, aby nie dały świadectwa prawdzie oraz nie skarżyły się na klęskę. Jeśli pojawi się taka konieczność, będziemy milczeć, jednak prawda stanie w naszej obronie. Zniesiemy wszystko, co nam nakaże wasza wola. Chcecie zastosować wobec nas przemoc? Oto jesteśmy. Pragniecie nas wygnać? Odejdziemy. Nie macie ochoty słuchać naszej mowy? Nie będziemy jej wygłaszać. Usiłujecie zrobić jeszcze coś innego? Dalej, czyńcie to, róbcie. Modlimy się do Pana naszego Jezusa Chrystusa, który w taki sam sposób został przez kapłanów oskarżony i skazany, po czym z ich woli ukrzyżowany, aby umocnić nas swoim duchem: niech śmierć poniesiona dla Jego chwały nie będzie nam wstrętna ani wygnanie, znoszone dzięki pobożności, hańbą. Choć pozbawicie nas życia, nie odbierzecie zbawienia, i mimo że ukarzą was wygnaniem, nie zdołacie sprawić, aby nasze myśli odwróciły się od Rzeczypospolitej. Gdziekolwiek będziemy, zachowamy przekonanie, że jesteśmy blisko swego Pana i że nie zostaliśmy wypędzeni z rozkazu naszej najdroższej ojczyzny, lecz że to wy nami wzgardziliście i doprowadziliście do naszego wygnania. Nie wątpimy też, że znajdzie się wielu, którzy albo powiedzą, albo pomyślą, że nigdy nie było człowieka, który by z naszego powodu znalazł się w niebezpieczeństwie, że na nikogo nie sprowadziliśmy klęski i że wszystkim, którym byliśmy w stanie, udzieliliśmy pomocy i opieki.

Do Ciebie, Najjaśniejszy Królu, wołamy o pomoc, błagamy, abyś w swej mądrości i sprawiedliwości zechciał rozpatrzyć naszą sprawę; Was, Najdostojniejsi Senatorowie — którzy wskutek rozsiewanych przez naszych nieprzyjaciół oszczerstw żywcie do nas tak wielką niechęć, że nie jesteście w stanie ani przeczytać naszych pism, ani zapoznać się z naszymi poglądami — przez wzgląd na waszą sprawiedliwość i roztropność prosimy Was, do Was się uciekamy — lżeni obelgami, choć nas nie plami żadna hańba, i przez to otoczeni wzgardą oraz nękanymi licznymi zniewagami — i wreszcie z uwagi na wasze przesławne cnoty, dzięki którym zostaliście wyniesieni do tak wielkiej godności, wzywamy Was, abyście nie mieli nas za bluźnierców i bezbożników i żebyście nie sądzili, iż dążymy do obalenia prawd, które są słuszne. Uznajemy Ewangelię Pana naszego Jezusa Chrystusa i bronimy nauki apostołów. Z tej oto przyczyny nasi nieprzyjaciele sprawili, że zaczęliście żywić do nas wrogię uczucia. To dlatego nienawidzą nas i wymierzają nam kary należne zbrodniarzom. Jeśli powtórnie wysuną swe oskarżenia i jeśli taka będzie wasza wola i postanowienie, poniesiemy karę, lecz nie z powodu bluźnierstwa lub pychy, a dla prawdy i w obronie Ewangelii. Zaś do najlepszego i wszechmocnego Boga zanosimy modlitwy, abyście, Najjaśniejszy Królu i Wy, Najdostojniejsi Senatorowie, byli cali i zdrowi, oby sprzyjał Wam pomyślny, stały, bezpieczny i spokojny los, nasze wygnanie zaś niech nie zakłóci spokoju Rzeczypospolitej, a krew nasza niech będzie przelana nie na waszą zgubę, lecz na chwałę Boga, i oby okrucieństwo, z jakim nas traktujecie, nie zamieszkało na stałe w waszych sercach.